





QUOD DEUS TER OPT. MAX.
secundet!

EODEM PRÆSIDENTE,

NOBILISSIMO, MAGNIFICO ET AMPLISSI-
MO SENATU JURIDICO, IN HAC ALMA
VNIVERSITATE PATRIA,

DECERNENTE,

Disputationem hanc Inauguralem

DE

CVRIIS DOMINICALIBVS,

Von den

Sinck-Höffen

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONO-
ribus ac Privilegiis DOCTORALIBUS rectè riteque
consequendis

Solenni Eruditorum disquisitioni submittit

JOHANNES ULRICUS *Dürer*
ARGENTINENSIS

Ad diem 5 Augusti Obis.

ARGENTORATI,



Typis JOHANNIS-PHILIPPI MÜLBI,
ACADEMIÆ TYPOGRAPHI

Anno M. DC. XLVIII.

17

16

1648, 3.

P. 148

X 60

10



V I R O
NOBILITATE, AMPLITVDINE,
ET CONSILIO
MAGNIFICO

DNO. GEORGIO FRIDERICO Mohr
Jcto, & Augustissimi Imperialis Cam. Ju-
dicij Spirensis Assessori eminentissimo.

UT ET
V I R I S
NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, ET
CONSULTISSIMIS

DN. JOHANNI WILHELMO Weydenkopff.
DN. JONÆ EUCHARIO Erharden.
DN. JOHANNI ULRICO Stiebern.
DN. DAVIDI Bergern.

Jctis, ejusdemq; Cam. Imp. Judicij Spirensis
Advocatis & Procuratoribus celeberrimis,
nec non quorundam præcipuorum Imp.
Statuum Consiliariis gravissimis,

DNNis Evergetis, Patronis, Promotoribus atque fau-
toribus suis singularis observantiæ, submissionis
& honoris cultu perpetuo afficiendis,

HANC DISPVTATIONEM INAUGVRALEM
IN

Observantiæ debitæ tesseram,
Gratitudinis meritæ notam,
Suique ulteriorem commendationem,
ea qua par est reuerentia
transmittit & offert

A U T O R



AVSPICE DEO, OPTIMO, MAXIMO
DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA
DE
CURIIS DOMINICALIBUS

Von dem
Dinckhöffen /

THESIS I.



Um impræsentiarum de Curiis Dominicalibus theoremata quædam disputationis Inauguralis pro more habendæ proposituri sumus, dabimus proindè operam, ut quantum commodè fieri poterit, materiam hanc à suis principiis repetamus, & in certas classes redigamus. Quod hac ratione facere conamur, si juxta Magnifici Dn. D. Frantzkij methodum, qua in tractatu de Laudemiis usus est, de materia hac ita egerimus, ut primo videamus Curias Dominicales ut constituendas, deindè ut constitutas: Constituendas in genere & in specie: in genere, in definitione sua & divisione: In specie definitionem resolvendo, & per causas aliquantò distinctiùs explicando. Constitutas tractabimus Ratione Effectuum, Ratione fori competentis, Affinium, & Contrariorum, quæ omnia ex sequentibus clarius percipiantur.

II. Curia Dominicales constituenda considerantur in genere in sua definitione, quæ est vel Nominis vel Rei.

III. Definitio nominis consistit tum in Etymologia, Synonymia, Paronymia & Homonymia.

IV. Quoad Etymologiam, dicuntur CURIÆ non sine magna ratione à Jcto Pomponio in l. 2. §. 2. de O. l. à cura siquidem cura, sollicitudo est, & anxietas animi, quasi cor edens, & profectò

tali conatu atque diligentia Rempublicam juvare oportet. undè vulgatum illud

Curia dat curas, Ergò si vivere curas:

Et benè secure, non curia sit tibi cura.

V. Cæterum vox DOMINICALIS à dominio, domini-
nium autem à domo deduci verius est, uti patet ex l. 195. ibi, qui in do-
mo dominium habet. ff. de V. S. & ex illo loco Ennii: *ô domus antiqua,*
quam dispari domino dominari. C. I. A. lib. 41. t. 1. d. 2. n. 3.

VI. Quo ad Synonymiam, CURIARUM vox est æqui-
voca. (1.) enim significat aream muro circumdatam, aut alio mo-
do clausam, in qua vel ædificium Insulæ modo positum, aut adja-
cense est. Ein Hoff/ oder Borhoff. Dn. Lymneus de jur. Public. lib. 3. c. 9.
n. 68. (2.) Aulam, seu Principis domum, ac familiam cum adja-
cente area, aliàs quoque Prætorium dictum. Borcholt. de Feud. cap. 2.
n. 26. Gallis la maison seigneuriale: Italis la corte. Nobis der
Chur, fürstliche Hoff oder Hoffstatt: hoc sensu etiam feudum in curte
& extra curtem dicitur 1. F. 5. Pares curiæ vel curtis. 1. F. 3. qui &
pares domus 2. F. 16. Pares de domo. 1. F. 26. §. 1. Gothofr. Anton.
disputat. feudal. 1. thes. 4. lit. F. (3.) Domum civitatis, das Rath-
haus/ Pfalz. (4.) Jurisdictionem, quando dicimus, clericum se-
culari curiæ tradendum. (5.) Judicia, quo sensu curiæ Provin-
cialis Lipsiæ, Jenæ, Tubingensis &c. Hoffgericht dicimus, ubi cau-
sæ Appellationis, vel secundæ instantiæ tractantur. (6.) Comitia,
eaque Imperialia, Electoralia, hoc sensu in A. B. C. 12. §. 2. colloquium
seu curia & congregatio junguntur, ut enim Galli placita &
Parlamenta, Ecclesiastici Synodos & capitula ac concilia; ita Ma-
jores nostri Comitia Hoffe seu curationes appellarunt. Dn. Lymneus
d. loc. undè vulgata, habere vel celebrare curiam, Imperialem cu-
riam, Regalem curiam, generalem curiam, totius Regni curiam, so-
lennem curiam, Hoffhalten/ Kaysersl. Hoffhalten/ pro eo, quod est
habere, vel celebrare Imperii Comitia, habere senatum Imperialem
apud Carol. IV. statim in pr. A. B. Hinc curiæ Imperatorum no-
strorum leges, Foman. apud Arumæum vol. 2. discurs. 23. d. 6. Curia apud
Romanos appellata pars populi, ex divisione Romuli, qui primus
Romanorum populum in triginta partes, propterea distribuit, ut
per eas commodè rogaret sententias singulorum, sicq; Reipublicæ
curam talibus sententiis expediret. l. 2. §. 2. de O. I. Postea cepit &
locus, ubi publicas curas gerebant, curia dici, de jure civili, curia
& sena-

& Senatorum & Decurionum dicitur. l. nulli. 3. ff. quod cuiusque uni-
vers. nom. l. 38. §. 10. ff. de Pœn. undè Decuriales dicuntur ejusmodi cu-
riæ homines, ut in tit. 13. C. de Decurialib. urb. Rom. II. & t. 37. C. si
Curialis relicti. civitat. rus habit. mal. lib. 10. Quæ ex his significati-
onibus hujus sit loci, elucebit ex iis, quæ infra dicemus.

VII. Vox DOMINICALIUM accipitur tripliciter
(1.) denotat feudum regale, ut apud Radev. l. 2. capitul. 30 In ca-
pitulis pacificationis oblati ab Adriano Papa Imperatori Fride-
rico l. de dominicalibus Apostolici feudum non esse colligen-
dum, nisi tempore suscipiendæ coronæ. (2.) significat cum ad-
jectione juris, jus, quod dominus feudi in Vasallos habet. Deni-
que à nobis hic per curias dominicales intelliguntur nostro idio-
mate die Dincel. Höffe: quæ etiam Dingstul / test. Dauth. in hypothy.
sect. 8. Mahlstatt / Angebetten ding. Siquidem Mallus seu Mallum,
ut & placitum denotat tribunal, ubi iudicium habetur. Chron. Lau-
rish. fol. 79. ubi in diplomate sit mentio trium principalium mallo-
rum, qui vulgò Angebetten ding vocantur. Knichen. in tr. de jur. terri-
tor. c. 4. num. 91. Angebettene ding. Freher. interpretatur curiam in-
dictam, h. e. quæ certa & designata die ordinariè peraguntur. Spei-
del. in verb. Mallum. Hubhoff. Wehner. in pract. obs. voc. Huob. Subbe-
hen. Zas. ad l. possideri 3. n. 28. ff. de Acquir. possess. item Kölnerhoff. Spei-
del. in not. ad Besold. thesaur. pract. voc. Huff. & in Franconia orientali
Schwaid / und Freyhöffe dicuntur. Wehner. d. pract. observat. voce.
Schwaid. Vocabulum Ding seu dincel (quod Angl. thing à thun.
Saxon. doen à θένν (πένναι) ponere, facere, certè absque omni du-
bitatione Græcorum *ἡγεμονία* res est, à *ἡγεμον* agere, facere: & *ἔργον*
ab *ἔργον*, verbi *πέζω*. Martin. in Lexic. Latin. vocabul. Res.) est ma-
ximè commune, ut Latin. Res; natum videtur ab indefinito illo *τι*.
i. e. aliquid, composito cum particulis expletivis videl. *τινός* (con-
cisè *τιν*) i. e. quicquam, nisi malis à *τυγχάνειν τυχεῖν*, indè τὸ τυχεῖν
i. e. quidvis obvium. Andr. Helvig. in originib. dictionum German. in verb.
ding. Et sumi solet pro iudicio, Gericht. Meichsner. lib. 1. decis. 7. p. 92.
item Gerichtplaz. Zeiler. in der Reiss. Beschreibung durch Teutschland.
c. 4. p. 97. Caspar à Lerg. in discours de ordin. Equest. German. in fundament.
1. fol. 19. fac. 2. undè Braven G. ding / Freygeding / Vogtgeding / Gry-
phiander c. 59. n. 9. & c. 65. de Weichb. eodemq; sensu, quo ein Behegt /
oder bedingtes Gericht accipiuntur. Sachsenspiegel lib. 3. art. 61. Ideo-
que

que Ding forum Judiciale Germanis olim, ut adhuc hodie quoque Suecis & Danis notat; quemadmodum & Lappones, Sueciæ populi, illa loca, quæ vel in campestri planicie, vel stagnis gelu concretis singulis annis ad peragenda negotia & nundinalia sibi constituta retinent, usque in hunc diem vocant *dysting* / i. e. judicarium locum, vid. *Christoph. Besold. in thesaur. pract. voc. Warph.* Et Tungini, quorum etiam Salicæ leges referunt mentionem, iudices quondam vocabantur, qui post comites erant: *Lindenbrog. in gloss. verb. Tunginus*; quos etiam *Dinggraffen* appellabant. Porro à *Ding* pro iudicio sumpto venit *Dingestag* (quibusdam perperam *Zienstag*) dies Martis, quo iudicia exercebantur. *Freher. de jud. occult. fol. 3.* In Bavaria *würd dingen* appelliren genandt / *Gerichtes Ordnung tit. 10. artic. 1.* ac *dingen* generaliter est *Rechten*, *Besold. in d. Thesaur. Pract. voc. Ding* / & tractatu de Comitib. n. 4. p. m. 101. Hinc & is, qui sortitur forum ex contractu vocatur *dingpflichtig* / idemque qui ex pacto *Handgesübdte*; is enim non potest se jurisdictione eximere. Nam ut maximè ibidem non habeat suum focum ac fumum, sein *Kauch vnd Heerdt* / vel residentiam: tamen ex quo solutionem eo destinavit, saltem ratione rerum in territorio citantis sitarum, ad evitandam in iis executionem, etiam pro actionibus personalibus ibidem comparere, & defensiones suas proponere cogitur. *Boxdorff. in annotat. margin. ad Gloss. verb. der da Dingpflichtig in fin. Lib. 3. Landrecht. artic. 61. ibi, Gerichtes sollen warten alle Dingpflichtige* / *Coler. de process. execut. p. 1. c. 2. n. 237. Oldendorp. de Action. class. 4. act. 28. vid. Wehner. in pract. Observat. voc. Dingpflichtig.* Hic autem per vocabulum *Ding* / *Geding* & *dingen* / ut ex *Rotulis* constat, pro contractu, contrahere & pacisci, (de quibus infra 0. 9. dicemus,) usurpamus.

VIII. Quantum ad *Paronymiam*. Ab his vocabulis descendunt alia, ut *Curiales*, (qui & in antiquis Instrumentis appellantur *Curtarii*, *coloni*, *censtitæ*, *tributarii*, *mansuarii*, *manentes*, *commanentes*, *homines*, *Liti* (quasi *Lunden*) Germanicè *Dinckhoff*, *Leuth* / *Urbar*, *Leuth* / *Huber* / & *Hochhuber* / item *Stulgenossen*. Sed interdum hæ voces inter se opponuntur & conjunguntur. Quando *Huber* & *Stulgenossen* opponuntur, so ist der *Huber* (oder *Hochhuber*) der *Eygenthums Herz* / oder desselben *Berretter* / als er wann ein *Stift. Schaffner* / oder der ein *Præbendarius*; *Stulgenos* aber ist der *Baur* / so das *Gut vnder seinem Pflug hat* / vnd *geneist*: si
verò

verò conjunguntur Huber & Stulgenos/das der Baur solch für sein
eygenhübig Gut (respectu aliorum,) besitze. Hinc Zasius in *conf. Ger-
man* (editis à Iohan. Thoma Freigio in sua nova Practica juris vel formu-
larum, Basilea, typis Henrici Peters Anno 1574. in fol.) *consil. 3. §.* Zum
Dritten. p. 594. ubi post magnas Advocatorum disputationes, utrum Pillensei
sint proprii homines, Adscriptitij vel coloni Monasterij Rothensis? eleganter
hisce verbis rem decidit; wiewol zwischen den Advocaten beidertheil mit
einem langsamen Zanck gestritten ist/ob die Pillenseer eygene Leuth/ ob
sie Adscriptitii, oder Coloni des Gotteshaus Roth seyen? So können
wir doch nach Erfahrung des Gotteshaus Stifftbüchlein / des Urbar-
brieffes vnd anderer Rundschaft nichts anders erfunden/ dann das die
arme Leuth *Emphyteote* vnd Urbarsleuth seyen/ die man in vnseren Lan-
den Huber vnd Dinct-Hoffsleuth nennet &c. vnd irret nicht/das
sie ihre Güter jährlich auffgeben vnd stifften / oder als ich verstanden/
wider empfahen müssen/ dann so viel ich auß den Bedingen oder Hoff-
marcken/ vndauß den Rundschaften erlernet hab / ist diese Auffgebung
nur eine solennität / dardurch der Hoffe eygentumb' (*directum do-
minium*) des Gotteshaus erscheine / *hactenus ille.* Hubariis oppo-
nuntur Dominus directus, der Dinct-Hoffs Herr: venit quoque
indè Jus curiarum dominicalium, Pacta curialia dominicalia, do-
minicales census.

IX. Respectu homonymie, Curia dominicales variè acci-
piuntur. (1.) sumuntur *localiter*, pro domibus, in quibus hubarii
jus dicant; secundum *pacta curialia, ibi*, der Herr soll haben ein Huß/
denn man spricht ein Dincthuß / da sollen die Huber das Recht inn-
sprechen. (2.) *Subjective*, respectu dominorum, ad quos curia do-
minicales spectant, uti constat ex *Rotulis, e. g.* Dinct-Kodel zu
Sachsenheim *in princ.* in dem Dorff zu Sachsenheim / hat das
Closter von St. Steffan zu Straßburg ein wissenhaftten freyen
Dinct-Hoff. *item* Dinct-Kodel zu Leimersheim. Diß ist das
Recht des Hoffes / den das Closter zu St. Steffan zu Straßburg hat
in dem Dorff Leimersheim &c. *item* Dinct-Kodel zu Ensisheim.
Diß seind die Recht vnd Freyheiten/ die da gehören in St. Dyonisien
Hoff zu Ensisheim/ nun zu zeiten des grossen Spitals zu Straßburg *re.*
item Dinct-Kodel zu Kriesheim bey Dingsheim / diß ist der
Dinct-Hoff zu Kriesheim bey Dingsheim / denn man spricht des
Fesslers Dinct-Hoff / der nun zu zeiten dem grossen Spital zu
Straß

Strasburg zugehoret &c. item Zas. ad l. possideri. 3. pr. n. 28. ff. de Acqui-
rend. possess. Col. 220. ibi, in dem Hub. Lehen / da die Hoffe seind /
darzu viel Meyer gehören. (3.) Materialiter, pro ipsis prædiis,
quæ vulgo vocantur Dinc. Hoffisch. (4.) Formaliter, respectu
constituendarum curiarum Dominicalium, pro ipsis contractibus,
qui inter Dominos & hubarios intercedunt, & quibus me-
diantibus Jura in rebus domini consequuntur, idque per me-
tonymiam causarum pro effectibus. Sunt enim contractus illi ipsa-
rum Curiarum Dominicalium causæ, sic, ut feuda, (quæ teste Zasio
ad d. l. 2. §. 2. verb. Curias de O. I. n. 15. 21. & 22. item in l. Imperium. n. 45.
ff. de jurisd. item ad l. possideri. 3. d. loc. & in tractatu de Feudis part. 11. n. 2.
cum his analogiam quandam habent,) natura priores. Nobis
Bedinge / & ita capitur passim in Rotulis, ibi, der soll zu Beding kom-
men / item So ist auch Ding desselben Tags / item, ist ein mann im Lan-
de / vnd geht weder zu Gericht noch zu Beding. Denique Effectivè respectu
Constitutarum curiarum dominicaliū hoc in loco pro juribus dominis
per contractus in bonis curialibus constitutis. Nobis Dinc.
Hoffs. Recht / ut habent verba pactorum curialium ibi, diß ist das
Recht diß Hoffes / vel, die Huber sprechen zu den Rechten / vel in demsel-
ben Hoffe spricht man zu recht / vel des Hoffes recht zubehaltende / vel,
vnd sollen die Bögte das Recht helfen zwingen / vel des Hoffes Recht
zubehabende. Et hæc de definitione nominali, nunc ad realem pro-
gredimur.

X. Hinc ultima hac acceptione describimus curias dominica-
les, quod sint JURA, quæ dominis in prædiis dominicalibus, sub qui-
busdam certis modicis censibus in recognitionem domini quo-
tannis statutis diebus hac lege præstandis, in perpetuum compe-
tunt, ut prædictos census suo die solvere cessantibus, in singulos
dies vel horas progressionem geometrica duplicentur, dominisq; pro
censibus cessis pignorantibus, possessorum prædia ex hubariorum
cognitione ac decreto adjudicentur.

XI. Quo ad Divisionem, dividi possunt curiæ Dominicales.
1. Ratione objecti in Ecclesiasticas & seculares, quæ vel sunt nobiles
vel ignobiles. 2. Ratione formæ, in Privilegiatas, Frey. dinc. Hoffe /
in quibus per fugientes ab omni pœna tuti essent, in deque per vim
non extraherentur, qualis præ cæteris e.g. est in pago Enshheim /
uti patet ex Rotulo, ibi, dieser Hoff hat auch die Freyheit / vnd das Recht /
daß kein gericht jemandes darinn soll suchen / es seye vmb Todtschlag /
oder

oder vmb Schulde; Item/entrinne jemand in den Hoff / Mann oder
Frawen vmb Todtschlag/vmb Schulde/oder welcher hand sach den je-
mands gethan hett/darumb er sich entfegte/so soll er in dem Hoff sicher
seyn/vnd als lang er darinne bleibet/so soll ihm ein Schultheiß/vnd ein
Meyer des ehegenanntes Hoffes/Wasser vnd Brodt geben / vnd so er
darauß will / so soll ihm ein Vogt ohne schaden vnd sorg seiner Feinde
führen sicher vor dannen/vnd soll ihm geben ein Pfening-brodt/vnd
ein Brodmesser/damit er das Brodt schneide. *item ex Rotulo Saxenhei-
mense, ibi,* In dem Dorff zu Sachsenheim hat das Closter von St.
Steffan zu Straßburg ein wissenhaftten freyen Dinc-hoff/vnd ligt der
oben an dem Dorff wider Ryhn/vnd hat die Freyheit/das da kein Ge-
bott noch Gerichte drinn gat / vnd was jemand misserthete / vnd drin
thöme/der soll dinne Frieden han/vnd soll ihme auch niemand nachfol-
gende syn in den Hoff / mit Gerichte noch one Gerichte / vnd wer das
breche/oder jemand andere dohein Bzucht dinne thete / der bessert dem
Closter von St. Steffan Leib vnd Gut / vnd soll der Vogt helfen zwin-
gen/vnd die Freyheit behüten. *item ex pactis curialibus zu Genspolsheim/
s. item der Probst zu Jungen S. Peter / ibi,* vnd soll derselbig Dinc-
hoff frey seyn/vnd wer die Freyheit bricht / der ist dem Probst Leib vnd
Gut verfallen. *Illæ quoque sunt immunes à præstatione decima-
rum & collectarum, atque tempore messis jus habent prælationis in
metendo, sic enim extant verba in pactis curialibus,* Alle die Güter/die
da gehören in ehegenannte Dinc-höffe/beyde in Felde/ vnd im Dorff/
die seind frey ohne Zehenden vnd Bett/vnd hat einen tag in der Erndten/
das er mag schneiden/vnd megen den Vorschnitt. *Et communes, Ge-
meine / Unbefreyte Dinc-höffe / his immunitatibus, & privilegiis
non gaudentes.*

XII. *Tantum de generali curiarum Dominicalium conside-
ratione, sequitur aliquanto specialior, quæ in causarum indagazione
consistit. Illarum sunt aliquæ externe, aliquæ interna. Externa sunt
Efficiens & finalis. Efficiens est vel Remota, Propinqua, vel proxima.*

XIII. *Quoad Remotam, arbitramur cum Zasio ad L.2. §. 2.
Verb. curias de O.1. n.15. 21. & 22. Curiarum Dominicalium Jura &
feudorum (si ita loqui liceat,) à Romanorum Decuriis, quæ hodiè
magna ex parte obsoleverunt, velut impressis vestigiis, quædam du-
xisse simulachra. Quo enim tempore Romani victritia ubique
terrarum signa circumtulissent, multi eorum remansisse in provin-
ciis*

B

ciis

ciis creduntur, pars praesidio relictis, pars agri ubertate capti: denique dum Coloniae deducerentur, bona Romanorum pars eo loci commigrarunt; quibus cum multum agri, multum fundorum esset, ne pro Romano more, carerent clientibus, verisimile est, incolae terrae in suum invitasse patrocinium, suosque eis fundos (prout cuiusque erat conditio,) in beneficium distribuisse. Tractu tamen temporis, quod omnia variat, clientelarum nomine commutato, feuda à foedere forsitan, curiasque dominicales nominari coeptas: ut qui clarioribus essent natalibus, feuda: alij ex vulgo, curias haberent dominicales: constitutis certis juribus, quae dominos, quae clientes (quos Vasallos vocant,) respicerent: quorum aliqua consuetudine, ut in feudis: aliqua pactis, ut in curiis, constare dignoscuntur.

XIV. *Propinquam* quod attinet, Curiae dominicales apud nos in ALSATIA tam SUPERIORI, quam INFERIORI receptae, ac satis superque illius Incolis cognitae sunt, ut demonstrant varia *pacta curialia* seu *Roculi die Dinsch, rodeln* / quos omnes huc proferre otiosum foret, sufficiat saltem exempli gratia aliquot recensere. (1.) Zu Eckbolsheim. (2.) Achenheim. (3.) Genspolsheim. (4.) Ensisheim, am Glöckelberg. (5.) Dorlsheim. (6.) Niderhausbergen. (7.) Nider Ensisheim. (8.) Ittelheim bey Schnersheim. (9.) Frisenheim bey Dingsheim. (10.) Leimersheim. (11.) Welenheim. (12.) Arwenheim. (13.) Sachsenheim. (14.) Ernolsheim. (15.) Nonnenwenher. (16.) Niderwenher. (17.) Dnkenhurst. (18.) Dingsheim bey Kriegsheim. (19.) Westhoffen. (20.) Trenheim. (21.) Dahlenheim. (22.) Hohen Göff / &c.

XV. *Proxima* denique respectu constitutionis: est tum *Dominorum*, qui sunt vel Ecclesiastici, vel Seculares, hique rursus vel Nobiles, vel ignobiles: tum *hubariorum*, praedia sua censibus annuis praegravantium, per modum contractus ab utraque parte interveniens consensus.

XVI. *Efficientem* excipit *Finalis*, quam, (licet curiarum Dominicalium finis certus vix dari poterit) ex praesumptione quadam facimus duplicem, *Principalem* & *minus Principalem*. *Principalis*, uti nobis videtur, est inter confines mutuae jamdudum contractae concordiae atque amicitiae conservatio. *Minus Principalis* est, (quantum ex pactis

partibus curialibus conjiciendum) ut semotis gravioribus negotiis com-
potatiunculis sese oblectent.

XVII. Tractationem causarum Externarum, Efficientis & Fi-
nalis, sequuntur Interna, Materia scilicet & Forma. Materiam con-
siderabimus vel Subjectivam, vel Objectivam.

XVIII. Subjectiva sunt vel Persona concedentes, vel recipien-
tes. Illa sunt Domini curiarum, die Dincf. hoffs Herren / cujuscuq;
sint conditionis, si & sint Ecclesiastici, sive seculares, & hi vel No-
biles vel ignobiles. Haec sunt praediorum curialium possessores, (qui no-
stro vernaculo vocantur die Huber / Dincf. hoffs Leuth / ut supra thes.
& diximus) qui praedia sua libera, neque olim ullo servitio, nec cen-
sui obnoxia, censibus certis Dominis pactationibus quibusdam subje-
cerunt. Cum enim hoc modo primava praediorum libertas in va-
riis praediis variè sit mutata, modo traditionibus modo concessio-
nibus, modo constitutionibus, modo recognitionibus, quas posses-
sores aliis fecere certis legibus; & alias quidem sola lege servitij,
& quidem divini, vel militaris, vel utriusque. Et primum quidem
lege servitij divini possidentur praedia juri humano ac commercio
exempta beneficia, quorum hac lege facta concessio precaria voca-
tur Toletani concilij cap. 5. Servitij militaris legem habent res clien-
telares, quae in jure Longobardico feuda appellantur. Porro Lege
servitij divini pariter ac militaris sui ordinis praedia possident Equi-
tes Joannitæ ac Teutonici, qui eo nomine cum suis praedijs, Princi-
pum nostrorum Diplomatum, ac Ordinariis Urbanis ac Paganis
Jurisdictionibus exempti, supremæ Provincialis curiæ cognitioni
reservantur. Alias lege annuæ præstationis ac meliorationis, qua
possidentur emphyteutica (erffpachtgoederen.) Alias lege annuæ
præstationis, meliorationis ac servitij rustici, qua videlicet possi-
dentur praedia dominica Herren goederen (i. e. Herren güter) atque
adscriptitia horige engene enn vorschuldige goederen / quae in antiquis
Instrumentis appellantur mansi indominicati, hubæ indomnica-
ta, hubæ serviles, mansi serviles. Alias denique sola lege annuæ
præstationis, census videlicet, vel vestigalis, vel canonis numma-
rij vel specierum, ex qua Lege speciale nomen obtinent, ac censua-
lia & hinf. goederen i. e. Zins. güter / Dincf. hoffs. güter vocantur. Hinc
ex hisce diversis traditionum, professionum, ac recognitionum le-
gibus ac formis, diversa quoq; orta sunt praediorum jura ac condi-
tio-

tionones quibus eorum possessores adhuc hodiè subjecti sunt. *Frider-
à Sande tractatu preliminar. c. 1. n. 3. 4. 10. & seqq.*

XIX. *Objectiva*, sunt *prædia rustica* & *Hubæ ad Curias Dominica-
les pertinentes*, vulgo *Dinct* oder *Hubgütter* / (quæ & feuda Rustica di-
cere possumus; pro ut notant *Rosenthal. de Feud. cap. 2. conclus. 64. n. 3.*
hisce formalibus: ubi ergò fidelitas promittitur, feudis accenseo,
ubi non, Emphyteusi adscribo, & pauld post, *Hubgütter* in quibus-
dam locis omnia sunt Emphyteutica, vel censualia, in quibusdam
propter fidelitatem feudis annumerantur, quamvis feuda degene-
rantia & impropria dici possunt. vid. insuper *Lastum de feud. degen.*
& *Zaf. d. tractat. de feud. part. 11. n. 2.* ubi ita scribit, Ego pro Germa-
niæ moribus rem clarius deducendam puto: quia Domini villarum
& territoriorum, curias aliquando habent dominicales, vulgariter
Dinct hõff / quo casu possessiones, quæ à subditis eo loco habentur,
curiam dominicalem respiciunt, & ex ea procedunt. Unde cum
Dominus terræ eas vel in Feudum, vel in Emphyteusin concedit,
feuda in curia rectè dixeris, si autem Dominus, qui jurisdictionem
& districtum in villa & castro habens, aliqua feuda, non ex curia
dominicali (quod sæpè contingit,) concesserit (sicut cum feuda
Guardiæ, Gastaldiæ, Soldatæ; & si sunt similia, vel cum Advocatis,
Procuratoribus, Notariis & aliis, propter officia temporalia feuda
conferuntur) ista extra curiam vel curtem concessa intelligo.) vel
Huffen / *Huoben*: Quas alij *Houbas* vel *Hufas* sive *Hiufas*, & *Leges*
Longo bardicæ *Guifas* vocant, secundum *Frisaum* est pars fundi seu
villæ, in plures heredes dispertitæ. *Aventinus* hubas agros binis arari
solitos, & *Vadianus* fundi partem maximè pascuam vocat. *Spiegel*
ait, latiore esse, quàm ut huc arctari debeat, omnemque terram
complecti, seu messi seu fœnificio accommodam, in qua plures casæ
sunt. Verum Hubas non certæ mensuræ terram esse, sed indefinitæ,
pro cuiuslibet loci comodo ac opportunitate; tantumq; ferè agri
comprehendere, quantum Rustico ad rem familiarem tuendam sa-
tis est, observavit *Coccius in Dagoberto in not. ad cap. 29 fol. 117.* & cum
eo *Speidel. in Addition. ad Besold. thesaur. præst. L. H. n. 6.* unde *Huba-*
rri vulgò *Huber* derivantur: *Huber* autem ab *Huben* deflexisse ex
Latio fatetur *Goldast. ad paranes. veter. fol. 438.* hanc citans, gnomen
è perveteri codice vernaculo

Es ist hūte min / morne din /
So theilet man die Huoben.

Speidel.

Speidel. d. loco. In nostra autem ALSATIA Hubæ triginta agros in se
comprehendunt, quemadmodum ex pactis curialibus videre licet, ut
Dinck. Rodel zu Miderhauffbergen / zu Sachsenheim / Leimersheim /
Dingßheim bey Kriesheim / Geyspolshim / zu Dnsenhurst / Eckbolke
heim & passim. De hac voce hubvid. plura apud Wehner. pract. Obser-
vat. voc. huob.

XX. Materiam sequitur Forma, quæ duplex est, vel substan-
tialis, vel Accidentalibus.

XXI. Substantialis tria concernit requisita. 1. Traditio-
nem veram, cum scilicet agri seu prædia (zu Dinck. hoffs. gütteren) alicui
traduntur; qui modus acquirendi usitatissimus, & naturali æquita-
ti maxime conveniens, § 40. Inst. de R. D. l. 9. § 3. ff. de A. R. D. l. 20. C.
de pact. 2. Scripturam, cum enim facile fieri possit, ut Domini præ-
dia curialia, utpotè suapte natura perpetua, amittant, eorum que me-
moria excidant tempore, si quæ convenerint, diligenter scripto
non sint comprehensa: in quem finem in nostra ALSATIA passim pa-
cta curialia mirificè variantia, quibus omne eorum ius, quod Domi-
nis, quod Hubarijs debetur, descriptum est, Zas. Lib. 1. singular. Resp.
3. n. 82. erecta videmus: quæ vulgus Dinck. notteln à notula seu for-
mula forsan nominat, rectius autem C. I. A. de stat. homin. §. 18. circa
fin. Dinck. Rodelir vocat, quasi dicas Rotulus pacti seu conventio-
nis teste dignus cum dominis & hubariis initæ. 3. Censuum annuos,
nobis Dinck. hoffs. zinsß. Censuum enim hi sunt de essentia hujus con-
tractus, sicut pretium in Emptione, & merces in Locatione arg. § 3.
Inst. de Loc. aded, ut sine iis in aliud genus contractus omninò tran-
seat. Consistere autem debent, quantum ex Rotulis perspicere licet,
in modica aliqua quantitate pecuniæ, vini, tritici, avenæ, hordei,
&c. ita tamen, ut ex pactionibus contrahentium præter quantita-
tem etiam species dari possint, veluti capones, Ova, casei, &c.
exempli gratia zu Sachsenheim / quotannis tertio die post Martini
(h. e. an S. Bricten raag) hubarij solvunt de quavis huba in terri-
torio Saxenheimensi sita 4. §. 4. capones. 8. mensuras vini & 8.
panes, ut & 8. modios pabuli, quorum tertia pars in hordeo reli-
quæ verò in avena subsistere debet, ut patet ex Rotulo ibi, In demsel-
ben Dinck. hoff horent 15. huben eines Wendages minre / vnd heisset ein
Wendag ein vierel einer huben / vnd zibi jede hube / die in dem bann zu
Sachsenheim trat / alle Jahr zu zinsse ane viere / 4. §. pf. vnd 4. Kappen /
vnd 8. becher Weins / vnd 8. Brode, vnd 8. ster Zuthers / vnd soll das
B 3 dritte

Dritte theil Gerste syn/ vnd die zwen theil habern. Quod si verò hubæ extra territorium Saxenheimense sitæ sint, tunc præstant de quavis huba 4. s. 4. capones, 8. mensuras vini, 8. panes & 8. modios pabuli ut supra. Was aber der Huben außershalb des Dannes zu Sachsenheim ligent / da gibt jede Hube 4. s. gang/ vnd auch 4. Rappen/ vnd 8. Becher Weins/ vnd 8. Brod / vnd 8. Sester Futters/ Also da vor geschrieben stehet. Zu Leimersheim die Martini 4. s. & 3. medimnos hordei, secundum Rotulum, ibi, Vnd gibt jede Hube an St. Martins tag alle Jahr dem Closter zu St. Steffan 3. Viertel Schwein. Gersten / vnd 4 s. pf. zu Nonnenweyher/ die Martini 3. lb. 7. s. 3. pf. 3. drtl. juxta Rotulum, ibi. In dem Dorff zu Nonnenweyher hat die Abtey zu St. Steffan alle Jahr auff St. Martins tag 2. lb. 7. s. 3. pf. vnd 3. drtl. Zu Belnheim die Iohannis Baptista 1. lb. 6. s. pf. ut patet ex Rotulo ibi. vnd gibt man auch von den Gutteren alle Jahr von S. Johannis tag zu Singichthen (per vocabulum autem Singichthen designantur solstitia: quippè quibus sol quasi stat (quod Latino vocabulo congruit) & dein se convertit, ac retrò com meat (quod Germanico vocabulo respondet,) & dicitur Singichthen corruptè pro Sonne wichten/ vel Sonne weichten/ quod sol retrocedat. Porro nomine isto quasi *κατ' ἐξοχὴν* designatur in specie solstitium æstivum: veluti cum dicimus uff St. Johann zu Singichthen/ quasi dicat festum Johannis, circa solstitium æstivum, sive Johannis Baptistæ. Est quidem etiam Festum S. Johannis Evangelistæ circa solstitium sc: brumale: sed non dicitur zu Singichthen. Sic etiam apud Latinos Auctores, solstitij vocabulo absolutè posito æstivum significari solet: ut apud Virgil. Lib. 1. Georg.

*Humida solstitia, atque hyemes orate serenas
Agricola.*

ubi solstitium hyemi opponitur. Sic apud Ciceron lib. 2. de Natur. Deor. Solis accessus decessusque solstitiis brumisque dignosci, ubi solstitium opponitur brumæ seu ut à Columella libr. 9. c. 16. appellatur brumale solstitium ut notabiliter tradit D. D. Bit schius p. m. in not. ad Wehner. Ms. hinc census qui isto die solvuntur, vocantur die Singicht. Zins / ut elacet è pactis curialibus zu Dnzenhurst / ibi. Item diß ist die alt engenschafft der Singicht. Zins / uff St. Johannis tag.) zwischent den zweyen hornblasen / das ist / dieweil das vich june lit / (hoc est, inter-

interjecto matutino & vespertino tempore) in denselben Hove dem
Closter von St. Steffan zu Strassburg 6. s. vnd 1. lb. pf. Strassbur-
ger. Kriesheim bey Dingsheim/ de quovis agro prastant hu-
barii quotannis die Kiliani. 4. pf. Catharina 2. capones. 3. pf. 1. heller.
ut & de quovis agro unum modium avenæ, juxta Rotulum, ibi, auff
St. Kilians tag besisset man den Dinc-hoff / vnd empfahet man die
Pfenning-Zins. Item auff St. Catharinen tag besisset man den Dinc-
hoff / vnd empfahet man die Haber-Zins / vnd das Geldt / das zu den
Kappen gehöret / nemlich zu zweyen Kappen 3. pf. 1. hel. vnd von jeg-
lichem Acker ein sefter habern / etlicher gehäufft / etlicher gestrichen / vnd
von einem halben Acker ein halb sefter / vnd ein driling gehäufft / vnd von
einem zweitel zween driling gehäufft / vnd wer ein Sefter gehäufft gibt /
dem man spricht die alt mess / der gibt 6. pf. Zu Niederhauffbergen
Collegiata Ecclesie Thomane Dominis Canonicis de quavis hube
die Martini 5. s. pf. & medimnum Siliginis & avenæ, juxta Rotulum, ibi,
zinsset jede hube 5. s. vnd 1. viertel Rocken vnd habern zu St. Martins-
tage den Herren zu St. Thoman zu Strassburg. Zu Dinkenhurst
die Iohannis Baptista, an St. Johannstag zu Singichem. 28. medi-
mnos Siliginis. Zu Dingsheim bey Kriesheim die Michaelis 8. lb.
10. s. 6. pf. Zu Genspolsheim die Georgii. 70. medimnos tritici, &
70. medimnos siliginis. Eckolsheim in pecunia 7. s. 6. pf. 20.
medimnos tritici, & 10. siliginis. Yttelnheim bey Schnersheim.
die Iovis post medium mensem Masi, nach mittel Meyen 15. s. pf.

XXII. *Accidentalis* consistit in pactorum quorundam adjectio-
ne, quæ omnibus modis servanda sunt, non secus ac si natura ines-
sent (sic enim habent *Rotuli ibi*, diese nachgeschriebene Huber des
Dinc-hoffs 2c. Kommen einhelliglich vberlein / vnd sprechen es auch
zu recht auff ihre End / die sie zu dem Hoff gethan) nam pacta dant le-
gem negotiis, l. 1. §. 6. ff. de pos. & l. 23. ff. de R. l. & grave est fidem fal-
lere, l. 1. ff. de constit. pecun. nihilque magis congruum fidei humanæ,
quam servare ea, quæ placuerunt. l. 1. ff. de pact. & l. 20. C. de transact.
Itaque si inter Dominos & Hubarios aliquid de censuum sc. præsta-
tione, de prædiorum curialium alienatione, de ob non solutos cen-
sus expulsionem, vel de solennitatibus, quæ in celebrandis curiis do-
minicalibus observari debent, convenerit, pactum hoc servandum.
Neque ob id veræ Curie dominicales esse desinunt, quia hæc affe-
ctio

Ratio accidentaria est, & naturam tantum alterat, non ejus substantiam. Quomodo autem secundum pactiones contrahentium solennitates istae adhibeantur, indicant diversimodè Rotuli, è quibus e. c. nonnullas annotabimus. Sic enim juxta Rotulum Leimersheimensem hoc modo celebrantur, Ein gäpfelein gehet obwendig durch Erhardt des Schaffners Scheur/ vnd stoffet auff ein Bierzel/ gehöret zu dem Kellerthumb/ wann auch die Huber zu Bedinge sollen gahn/ so sollen sie zu recht das Gäpfelein hien gahn zu dem Dinet. Hoffe/ vnd anderst nirgend/ noch kein andere Straß/ der es nicht entbehren will. 2c. Dinet. Hoffes. Rosdel zu Sachsenheim/ ibi: wann ein Abtissin des Closters zu St. Steffan in den vorgeschriebenen Dinet. Hoff kömet/ oder in das Dorff/ so soll man ihr Ros stellen/ uff die Hubhöffe in deme Dorff/ vnd soll von den Hub. Hoffen haben drucken Stall/ vnd durre Krippen/ vnd soll man denselben Rossen vom Hofe futer geben/ vnd soll der Stall also veste vnd also gut sin/ daß hinten an/ noch neben der Abtissin vnd ihren Rossen denn kein schaden geschehe/ geschehe aber der Abtissin darüber schade/ den soll der Meyer/ der uff dem Hoff siset/ uffrichten. Die Abtissin soll auch ein Knecht han/ der behüte die Ros/ vnd daß darzu höret/ das zu der Thüren us nit Schade beschehe/ vnd was vor des Knechts hute halb zu der dyren us verstolen würd/ da soll die Abtissin den schaden han/ oder soll es an den Knecht kommen/ vnd soll auch derselbe Huber oder Meyer dem Knechte/ der der Rosse pfleget/ lyhen ein Beth/ vnd zwen Leilachen/ vnd ein wiß Eischlachen/ vnd einen wissen Becher so er zu Hoffe gath essen/ vnd soll der Meyer diewile die Rosse/ vnd das darzu höret/ behüten/ vnd was schaden darzu die wyle beschehe/ den soll der Huber uffrichten/ vnd gelten/ vnd was deme Knechte bleibet in sine Eischlachen/ das soll er dem Meyer bringen mit sinen Eischlachen/ vnd soll aber deme die Thür bewahren also vor 2c. Dinet. Hoffes. Rosdel zu Ensisheim/ ibi. Item des dritten tags nach St. Martins tag Jährlich so soll der Boge des Hoffes kommen vnd fahren uff den Hoff zu Beding mit sechs Pferden/ vnd mit ein Maulthier/ so soll mans ihm wol biethen mit guotem Milchmuß vnd Stall vnd hawe. Dinet. Rosdel zu Jttelnheim bey Schnersheim s Erstlich spricht man zu recht/ ibi. Es solle der Dinet. Hoffes Herr dem Meyer in den Hoff kommen geritten mit anderthalb Pferd/ vnd anderthalb Mann/ vnd solle ihm des Meyers Frau geben/ ein Strick mit Hewe/ vnd soll ihm der Meyer

Meyer die Pferd in den Stall stellen/ vnd soll den Stall wol beschliessen/
vnd wann ihm die Pferd hinten hienaus gestohlen werden / so solle der
Meyer ihme sie nicht schuldig sein zu bezahlen / vnd soll des Meyers
Fraue den Dinct. Hoff's Herren auff ein geschunden Berth legen mit
krachenden Leilachen / bessert sie das / so danckt er ihr desto baß. Item
Dinct. Kodel zu Genspolsheim / *ibi*, der Probst soll alle Jahr auff
St. Georgen Tag schicken einen Schel in den ehegenanten Dinct. Hoff/
vnd soll niemand den Schel brauchen / dann der Hüter oder Hirt des
Feldes / der soll ihme alle Tag zwierent vmb den Damm reuten. Item der
Hirt des Feldes soll fahren uff die angewand des Gerstenfelds / vnd
soll da mähnen jedweder sitt unß an vierdhalben Schuh / vnd hette der
Schel damit nit genug znessen / so soll er fahren uff des Wyden guts Acker
einen / weder uff den besten / noch uff den bösten / vnd allda soll er den
Schel weyden. Sed de his satis. Quod si convenerit, ne duranti-
bus curiis dominicalibus, census præstentur, pactum non subsistit,
cum census sint de earum substantia, quæ salva re ipsa, pactis tolli
aut mutari nequit. l. 38. & l. 72. ff. de contrah. Empt. Juri tamen ex-
pellendi ob non solutos census pacto à dominis omnino renuncia-
ri potest. arg. l. pen. C. de Pact. l. 41. ff. de Minor.

XXIII. *Tantum de Curis Dominicalibus constituendum*: Pro-
gredimur nunc quoque ad *Constitutas*, quæ considerari possunt (1.)
Ratione Effectuum (2.) *Ratione Fori competentis*. (3.) *Ratione Affinium*,
& (4.) *Ratione Contrariorum*.

XXIV. Quod *Effectus* attinet, alii respiciunt *commoda*, alii
onera. Porro *commoda* contingunt tum *Dominis*, tum *Villicis*, tum
hubariis.

XXV. *Ratione Dominorum* consistunt illa & in *Re*, & in
Actione.

XXVI. *Quo ad Rem*. Retinent (1.) *Domini directum*
prædiorum curialium dominium, i. e. proprietatem, nudam tamen,
& à fructibus separatam, cujus intuitu ipsorum prædiorum domi-
ni perpetuò appellantur. exemplo *Juris Emphyteutici* *l. 1. C. de jur.*
Emphyt. Feudalis *2. f. 8. in fin.* (2.) consequuntur annuos census,
de quibus supra *l. 21. dictum*. (3.) competit illis *jus æmphyteuticæ*. (4.)
Mortuarium. (5.) *Laudemium*, *de quib. infra suo loco dicemus*. (6.)
Alii recipiunt præter jam dicta, dimidiam partem decimarum No-
valium, e. g. *Abbatissa Monasterii S. Stephani zu Behlheim &*
Nonnen

C

Nonnenweyher / juxta Rotulos, §. Man soll auch wissen / *ibi*, die Abtissin vorgeant soll haben den halben Zehenden an die neuen gerütte / vnd thus der halbe Zehenden uff dymal xliij Viertel Rocken vnd Habern etc. (7.) Quibusdam competit jus pascēdi pecora in territorio ubi curiā dominicalem habet, ut demonstrat Dinct Rodel zu Leimersheim / *ibi*, ein jegliche Abtissin zu S. Steffan mag auch ein Schweig mit Schaffen han zu Leimersheim / ob sie will. (8.) Quibusdam jus glandationis, secundum Rotulum zu Awenheim §. man spricht auch zu recht / *ibi*, daß ein jegliche Abtissin von St. Steffan alle Jahr so Eckern würd / mit recht mag vnd soll 60. Schwyn vnd ein Zagellose Mutter thun in kärkelein Wald / vnd sollen dieselben ihr eigen sein / dasselbe Recht soll sie auch niemands geben zu kauffen / vnd sollent dieselbe Schwyn gohn biß zu der Schleiffen auß / vergehnt sie sich aber da zwlschen so soll sie niemand pfenden / man soll sie ledtg wider geben.

XXVII. *Quo ad Actionem.* Datur Illis Rei vindicatio, ob dominium quod habent directum. Omnis enim Reivindicatio præsupponit dominium §. *sed ista 3. §. seq. ibi*, quippe ita prodita sunt Iure civili actiones, ut quis dominium suum vindicet, *Inst. de Action. l. an eadem 14. §. ult. ff. de Except. Rei judic. clarè Paulus in l. in rem. 23. in pr. ff. de R. V.* Adversus quemcunque possessorem, qui prædia curialia suo vel alieno nomine tenet, restituendique facultatem habet. *l. 9. ff. de R. V. contra hubarios autem non aliter nisi culpa bona curialia amiserint, arg. l. si heres. 73. in pr. ff. ad Sct. Trebell.* Nec obstat, quod Domini Curiales, si hubarii in persolvendis censibus moram faciant, ante rei vindicationem illorum prædia oppignerent, cum oppignatio in re aliena versetur *l. 45. ff. de R. Iur.* Quippè domini curiales hac oppignatione Rei vindicationem usque adeò suspendere volunt, dum præstant hubarii quos debent census; Idque quidem non ex subtilitate juris, sed jure hubario dem Hubnerrecht ob favorem hubariorum procedit. Quemadmodum etiam in jure civili nonnunquam id observari videmus, exemplo mulieris ratione dotis, quæ post dissolutum matrimonium in rebus dotalibus plenum dominium obtinet, attamen præter Rei vindicationem, quæ ipsi è dominio quod habet, competit, hypothecaria utitur per *l. in rebus 30. pr. C. de Iur. dot.* Sed favore dotis id ei concessum. Nam si juris subtilitatem spectamus, mulier hypothecaria utetur in res suas exstantes, juris subtilitate (i. e. æstimatione earum,) mariti factas: si jus

si jus naturæ, quo res ejus dotales extantes ejus esse dicuntur, vindicatione: & ita diverso respectu diversis planè actionibus utetur mulier. Gothofr. ad d. l. 30. Lit. Q.

XXVIII. *Ratione Villicorum*, iterum variant *Rotuli*. Alii enim tempore messis in metendo tenent primas, den vorschneit zur Erndt zeit/ utpotè in quibusdā *rotulis* videre licet, *ibi*, wanne ein heder Meyer der schneiden will/ so soll des Tages nieman schneiden/ noch schneiden gewynnen &c. Quidam immunes sunt ab omni onere collectarum. der Meyer desselben Hoffes soll sitzen on alle Schagung. Quidam gaudent jure cædendi lignum in sylvis, sive illud ad comburendum, sive ædificandas curias necessum habeant. ds ein neglich Meyer/ der vff dem Hove sitzt/ soll in den Hagen nemen alles das Holz/ daß er bedarff zu burwende an deme selben Dinct. Hove/ vnd zu brennende one alle widerrede. Quidam habent jus eligendi camparios, saltuarios, Bannwarthen darzubierhen/ qui & Feldschützen/ Sturschützen/ Forster perhibentur, de quib. vid. Wehner. pract. Observat. voc. Bannwarten.

XXIX. *Ratione hubariorum* commoda obveniunt illis iterum vel in Re, vel in Actione, quam indè nanciscuntur.

XXX. *Quo ad Rem*, competit (1.) iis *Ius dominio proximum*, b. e. utile. exempl. Vasallorum 2. f. 8. pr. vers. Rei. autem: 2. f. 23. Emphyteutæ. arg. l. 23. in pr. ff. de R. V. l. 1. ff. si ager vectigal. petat. l. 23. C. de Agric. & censit. Superficiarii l. 16. §. ult. ff. de pigner. act. l. 73. §. 1. cum duabus ll. seqq. ff. de R. V. (2.) *Ius utendi, fruendi plenissimum & perpetuum*; itaque bonis iis frui debent boni viri arbitrato, sive ut bono patrifamilias convenit: non rem corrumpere, vel perdere, arbores fructiferas incidere, rem data opera deteriorem reddere, arg. l. 9. in pr. & l. 7. §. 2. ff. de usufr. (3.) *Ius percipiendi & lucrandi incrementa prædiorum curialium naturalia*; putà, si quid fortè per alluvionem his accesserit. arg. l. 1. F. 4. §. 5. neque tamen eam ob causam augebitur census curialis dominicalis, quia neque ob decrementum imminuitur, arg. eorum, quæ d. 32. dicentur. Æquum autè est, ut quod juris in decremento, idem quoq; sit in augmento, juxta l. 10. de R. Jur. (4.) Quod si statutis diebus compareant, censusq; solvant, villicus eos vel prandio accipiat, vel aliquot nummos iis præmii loco reddat, secundū *Rotulos*, *ibi*, welcher Huber seinen Zins ganz vnd gar gibt/ dem soll der Meyer nider setzen zu einem mal/ vnd soll es ihme ehrbarlichen bierhen &c. item der Meyer soll im/ der zu rechter zeit seine Zins gie/ zweyer oder dreyer pfeining des

des Vogtrechtens widergeben. (5.) *Ius transmittendi ad heredes, dummodo singuli dominis præstent mortuarium. de quo vid. d. 32. n. 3.*

XXXI. *Quo ad Actionem*, Hubariis ratione domini utilis competit *utilis Rei vindicatio*, adversus quemcunque possessorem, si ve detentatorem bonorum curialium, etiam dominos ipsos, si hi fortè possessiones eorum bonorum sine legitima causa occupaverint. *l. 1. §. 2. de R. V. arg. 2. f. 8. & 2. f. 43.* Ad id, ut bona ista curialia, quæ jure hubariorum possident, sibi restituant cum omni causa. *arg. L. Iulianus 17. l. praterea 20. & l. qui restituere. 68. de R. V.*

XXXII. *Respectu onerum* tenentur Hubarii novi, si accedente dominorum & hubariorum consensu prædia curialia dominicalia alienentur ac vendantur, (1.) Dominis vel eorum loco Villicis permittere *Iuris emendi Prærogativam*, quam Doctores appellant *jus wegnehmens*, den Vorgang/Vorkauff/Einstand/die Lösung/oder Nahergelung/item Jus Retractus, das Standrecht. de quo jure vid. *C. l. A. de contrh. Empt. d. 26.* Qua de causa attestationes Villicis, (den Dincts, Hoffs Meyern/) transmittantur & prædicetur, quantum pretium reverâ ab alio accipi possit, quo facto, si domini, tribus in super diebus & quatuordecim noctibus elapsis, jus retractus neglexerint, suamvè in emendo voluntatem non declaraverint, jus suum liberè vendatur: per *Rotulos, ibi*, was gutes der vorgenannten Huben/und in den Dinct. Hoff hören/veile würd/das soll man bieten einem Meyer/und soll der in dreien Tagen und vierzehn Nächten erfahren umbe den Herren/ob er es kauffen wolle/und soll man jme jede Hube fünf schilling näher geben/dan ein andern. (2.) Ut pro admissis novis hubariis (qui exinde in *Libris censualibus* (den Saalbüchern) die Hochhuber/appellantur,) Dominis solvant *Laudemium*: quod vulgò vocant *Lehenwahr*/Handlohn (ab inscribendo fortassis dicitur,) ab investitura in Bavaria *Unleydt*/item *Handlosen*/Weglosen / in nostra Alsatia ein *Ehrschak*. *Magnific. D. D. Frantzck. de Laudem. c. 1. n. 23.* Et dividitur in civile & consuetudinarium, seu quod aliud sit expressa lege civili sancitum, aliud consuetudine posteriori introductum. Civile est, quod ex alienatione bonorū Emphyteuticorum debetur, & Emphyteuticum appellari potest. Consuetudinarium est, quod ex aliis bonis sc. feudalibus, censualibus & similib. persolvitur. Jure enim civili unum saltem est *Laudemium*, seu *Objectum spectes*, seu formam accidentalem; uti enim illud tantum & unicè in alienatione rerum Emphyteutarum locum habet, ita quinquagesimam

nam quoque partem pretii vel æstimationis semper facit. *l. fin. vers.*
& ne avaritia C. de Iur. Emphyt. Moribus deinde ad alia quoque fuit
porrectum, & in Forma extrinseca solvendi, subinde (præsertim
in nostra materia) variatum. D. D. Frantzk. cap. 3. num. 1. & seqq.
Nam alibi tantum dimidia census annui pars solvitur; juxta Ro-
tulos, ibi, Wer die Veränderung von verkauffens wegen/ also/ daß ein
Gut verkauft würde/ so wer der Ehrschak halb so viel: alibi totus an-
nuus census, ein ganker Jährlicher Zins; alibi certa quantitas vini, pu-
ta ein Ohmen oder halben Ohmen Weins. Porro notandum, Lau-
demia non deberi hic in alienationibus necessariis, qualis est suc-
cessio, (in his enim debetur mortuarium) sed tantum in volunta-
riis, quando nimirum fundus dominicalis extraneo alicui testa-
mento legatur, aut alio titulo, puta locationis, donationis, permu-
tationis, venditionis &c. (von todter/ fauffter/ geschänckter oder ge-
bundener Hand.) datur. (3.) Defunctorum hubariorum heredes
(ut supra dictum) vel præstent mortuarium, quod vulgò vocabatur
Erbrecht/ Weydmahl/ Hauptfalle & Hauptrecht/ item uti passim ex
Rotulis constat, Todtfall. Præstant autem illud pro loci diversitate
diversimodè. Alibi enim capiunt domini optimum equum das be-
ste Pferd. Alibi si equis carent, optimum caput pecoris, das beste
Vieh. Alibi optimam vestem, das beste Kleid. Alibi certam
quantitatem pecuniæ, ein stuck Gelds/ zwen oder drey Gulden. Ali-
bi certam quantitatem vini, Ein oder halben Ohmen Wein. vel, ut
habent aliquot Rotuli, seu Libri censuales die Saalbücher/ (puta vnser
Frawen Berck/ St. Mary/ Weysenhaus/ Kottkirch/ Herz
Bischoff zu Straßburg/ Commenhur zu St. Johann/
Stift jungen St. Peter/ Spittal zu Obernehenheim/ Stiffe
zu St. Steffan &c.) hubanis jus hubarium das Hubrecht/ quod
consistit in certa pecuniæ summa pro vino præstanda; daß ein yeder
Erb für den fall oder Hubrecht den gemeinen Hubern allein in Gelde
ein Ohm Wein/ wie jne der Würth außschenckt/ zugeb. schuldig sein sol-
le. (4.) Præter Laudemiū mortuarium, & jus hubariū coguntur quo-
que præstare Villicis ac hubariis, vel nunciis (den Bittlen/ die zu
den Bedingen gebieten) additamentū (einen Zusatz) in aliquot num-
mis pro pileo, caseo, pane, ac vino existens, circa autem cujusque
rei quantitatem pro locorum diversitate maximè variant pacta cu-
rialia, e. g. Dinct. Rodel zu Leymersheim s. vnd wer des Gutes
ucht

echt empfahe^{re} etc. *ibi*, gib dem Meyer zusag 6. pf. vmb ein Hue / vnd
den Hubern zwey Viertel Weins / vnd wider für 4. pf. Käß vnd Brodt /
vnd dem Botten ein viertel Weins etc. *item* Dinct: Kodel zu Geyß:
polzheim / *ibi*, Item wer güter empfahe^t von dem Meyer / der gib
von neglichem Sester einen Pfening Zusag dem Meyer vnd den Hu-
bern / die bey ihm seint / deren zum wenigsten zween oder drey sein sollent /
vnd einen Closter Dmen Weins / vnd ein Simmel Brodt / das soll also
lang sein / von der Erden / das es über das Kney goth / also das von dem
vbrigen theil / das Brodt vber das Kney gath / der Meyer oder zween / oder
drey Huber / die dann bey ihm seint / genug haben zu essen / vnd das vbrig
des Brodt / vnd des Weins seller an die andern Huber / vnd soll auch
geben einen Käß / der soll also breit sein / das man einen Daumen mittel
in den Käß setz / vnd mit den andern Fingern / den Käß vmb vnd vmb
spanne / oder strecke / also das der Meyer / zween oder drey Huber genug
haben zu essen / von den enden des Käß / die da stont vßwendig den ge-
spannen / oder den gestreckten fingern / vnd dz vberig seller den Hubern. etc.
item Dinct: Kodel zu Yttelnheim bey Schnersheim s. Zum
vierdren / *ibi*, vnd wann er zuvor kein Huber gewesen / ist er schuldig ein
Eydmaß vnd ein Sakmaß vnd 1. s. 8. pf. einzusetzen. *item* Dinct: Ko-
del zu Sachsenheim / s. So soll man auch wissen / *ibi*, vnd den Hu-
bern ein Käß vmb 4. pf. vnd 4. wisse Brodt / vnd ein viertel Weins / vnd
dem Büttel einen Pfening. *item* Dinct: Kodel zu Belnheim /
s. Was gutes auch verändert würdt / *ibi*, vnd git jme auch zwey viertel
Wünes Zusag. *item* Dinct: Kodel zu Nonnenweyher / s. So hat
auch ein Meyer / *ibi*, vnd soll jm geben 6. pf. Zusag / vnd 1. viertel Weins /
vnd 4. Weißbrodt etc. (5.) Si sua die hubarii præsentiam sui non
fecerint, neque census per suos nuncios (ihre Nachsbotten) solve-
rint, non tantum 2. s. mulctentur, verum etiam Dominis pro cen-
sibus cellis pignorantibus, census in singulos dies vel horas dupli-
centur, per pacta curialia passim. Quid si post hanc oppignera-
tionem ab hubariis contumacibus prædia curialia colantur? trigin-
ta assibus, uti patet ex Rotulis mulctentur; Wer darnach vff dassel-
big Gut fuhre / der frävelt also dicke / als er druff fährt / vnd ist die frä-
vel 30. s. vnd werdent die den Bögten. (6.) Sustinere damna parti-
cularia debeant, nisi expressè aliud convenerit. Nam secundum
naturam est, incommoda cuiusque rei cum sequi, quem sequuntur
commoda, pr. Instit. de legitim. Patron. Tutel. & d. l. 10. ff. de R. I. Ne-
que

que enim ferendus est is, qui vult habere carnem, rejicere verò os annexum, contra id, quod dicitur in *l. s. C. de omni agr. desert. II. 58.* cum analogiam commodi & incommodi, ipsa gignat æqualitas, qua res humanæ potissimum sartæ tectæ conservantur. Itaque prædiorum curialium possessores, quales sunt hubarii, ob sterilitatem, hostium incursionem, devastationem, inundationem, vel aliud damnum; putà, si uredo fructum olivæ, si graculi, sturni, rauce, vel solis fervor non assuetus, segetes corruperit: ad remissionem canonis agere non poterit. Nam & hic prædia non pereunt omnimodo, sed fructus tantum, qui censentur pars prædii. *l. 44. ff. de R. V.* Quid si tamen misericordia moti Domini, uno anno remissionem dederint, ob sterilitatem, deindè sequentibus annis contigerit ubertas nihil obest rei remissio, sed integri census etiam ejus anni, quo remiserunt, exigì possunt, *arg. l. 15. §. 4. ff. locat.* Et tantum de Effectibus.

XXXIII. Quod Forum seu Iudices attinet, sciendum est, de hujusmodi certè Judicibus nihil certi definiri posse: quia eorum Jurisdictio consuetudine usurpata, Jure, nisi feudorum, non consistit: quapropter anomala Jurisdictio, & extra ordinem locata videtur. Est autem eorum Jurisdictio limitata, ut circa feuda tantum Emphyteuses & pacta curialia (*Dinck-Rodeln*) cognoscant: quod *Francisc. Aretinus in c. ceterum de iudiciis, & ibi Felin.* eleganter voluerunt. Hi Iudices non sunt perpetui, nec certi, sed pro Dominorum arbitrio constituuntur. *Zas. in l. imperium n. 45. ff. de iurisdic. de Juribus & Executionibus hujusmodi magis veritas, quam forma & subtilitas attenditur Molinaus ad Rubric. tit. 2. §. 52. n. 95, & §. 55. n. 175. Ruland. in Forma process. Emphyteut. vot. 2 n. 6.* Singulare istæ consuetudines melius notæ sunt hominibus feudalibus, itemque Dominis eorundem, ut apud nos, *der Hueb-hoff-gerechtigkei/ dem Hubnergericht/ Dinckwerck-gericht* / quàm aliis. Unde & in iis controversiis eorum curiæ, ut in feudis Domini vel parium iudicium, (*vor den Hubneren vnd Bögen*) exercere solent. *Idem ibid. n. 7. & Wehner. in pract. observat. voc. Suldisch-lehen / p. 185. a.* Sicut enim in Jure Feudali pares curiæ sunt Vasalli, (qui ex eodem territorio ab eodem universalis curiæ domino feudum tenent, ut *l. F. 26. in pr. v. testes verò.* Idèd autem dicti sunt, quia utriusque Vasalli res feudales unius domini territorio & curiæ hoc est, domo Dominicali subsunt,

sub sunt, vnder des Herren hauffgewalt/ *vid. Modestin. Pistor. consil. 59.*
ibi, Pares curia heissen nicht alle Lehen-Leuthe/ sondern allein die/ *qui ha-*
bent feuda in eadem curia seu curte. Zas. Epitom. Feudor. p. 11. Ioh. Cöppen-
Iur. feudal. Obs. 18. n. 1. Quos convasallos vel ejusdem Patroni Clie-
tes appellare licet. Pares porrò dicuntur non respectu domini, quod
illi pares sint, sed Vasallorum, nec tamen id etiam ἀπλῶς quasi æqua-
lis conditionis dignitatisve eos esse oporteat, sed κατὰ πρῶτον, quod à Do-
mino æquali Jure Feuda in eadem curia teneant, ut notat *Obrecht,*
l. 2. F. c. 8. n. 153. & lib. 4. c. 10 n. 67. & seq. vel ut *Budaus in not. prior. ad*
Pandect. quod sint veluti Sodales ejusdem Collegij, parique jure
utentes, quo modo mancipēs, populares, tribules dicuntur. Nam
si dispares sint curiæ, etiam si unus existat dominus, Pares Curia cē-
sendi non sunt: exemplo res fit clarior. Vasalli, quorum alij in Cu-
ria Francica, alij in Curia Thuringica feuda recognoscunt ab eo-
dem domino, Pares curiæ propter curiarum disparitatem minime
sunt. *Godd. consil. Feud 22. de similib. n. 7. cons. 41. n. 52. Wesemb. c. 17. n. 3.*
Sic quoque in Jure Curiarum Dominicalium sunt Hubarii cum suis
adhibitis Assessoribus den Bögten. Superiores enim Judices sive
sint Ecclesiastici, sive Seculares non recognoscunt, uti passim indi-
cant *Rozuli, ibi,* man spricht auch zu recht, daß man keinen Huber / der
da Zins gibt in den Dincshoff-laden soll für Geistlich gerichte vmb seine
Zins / oder für ander kein gerichte / ob er sein gut zeigen will / davon er die
Zins gibt / dann allein in den Dincshoff soll man ihn zwingen / mit dem
Gutte / als es davor geschriben steht. Ita pronunciatum fuit in Inclytæ
hujus Reip. Argentinenſis Senatu Majori in causa D. D. P. S. contra
St. St. 15. Novembris Anno 1621. ubi causa hæc ad Iudices com-
petentes (Dincshoffs gericht sc. zu Welheim remissa Actor verò in
expensas condemnatus fuit; tenor sententiæ sic se habet. In sachen
D. P. S. ehe: vnd Böglicher weise Imploranten / entgegen vnd wider
des St. zu St. St. Antwortere / ist allem schrift: vnd mündlichen für:
vnd einbringen nach / vnd auff gethanen beschluß zu recht erkandt / daß
so viel den punctum relaxationis arresti belangt / Antwortere von des Im-
ploranten begehren zu absolviren / vnd zu erledigen / vnd solcher punct, wie
auch der streite wegen des Todtsfalls / für des Dincshoffs Gericht zu We-
lenheim zu remittiren vnd zu verweisen: was aber die streittigen neun
Pfenning Jährlichen Dincshoffs Zinses belangt / laßt man noch zur
zeit antwortendes St. bei seinem besiglichen herbringen verbleiben /
vnd

vnd soll Implorant die bis dato verfallene Zins/dem Stifft zu erstatten
schuldig seyn: doch würd demselben/da er nicht rühig/in petitorio sein
rechliche Nothdurfft wider antwortendes Stifft vor diesem Raht auß-
zuführen reservirt vnd vorbehalten: Ihne den Imploranten/in alle die-
ses streits halben usgeloffene Gerichts-kosten nach richterlicher ermässi-
gung auß seinem eygenen Beuttel ohne einige seiner Vogts-kinder be-
schwörung/ Antwortendem Stifft zu entrichten / condemnirendt / vnd
fällig ertheilendt. Quod autem diximus de Assessoribus, den
Vögten/Sunt illi vel superiores vel inferiores. Hi sunt interdum
Episcopi vel Principes, & vocantur die Obervögte. Sic Episco-
pus Argentinenfis ist der Obervogt des Dincshoffs zu Nieder-Ensis-
heim/ der von Hartstatt als Vasallus, Vogt / die Abtrissin zu St. Ste-
phan Domina des Dincshoffs. Hi sunt vel Nobiles, vel Plebei, &
dicuntur simpliciter die Vögte. Sic Primogenitus è profapia No-
bili Schönauensium ist Vogt des Dincshoffs zu Sachsenheim. Se-
cundum Rotulam, ibi, Man spricht auch zu recht/ daß der Elteste von
Schönau ist Vogt vber den vorgenandren Dincshoff. Item in curia
dominicali zu Nonnenweyher/ ist Vogt der Amptmann zu Erenheim.
Et Dominis hubarijsque in iudicio non assident ut superiores, sed ut
defensores contra vim majorem, cui resistere nequeunt; de qui-
bus Rotuli hæc habent; Mögen der Herz oder der Meyer vnd die Huber
das Gut nicht gewältigen noch bezwingen/ so soll ihme ein Vogt helffen/
Ist aber daß ihme der Vogt nicht hülfft zwingen / vnd auch anders vn-
beholfen ist/ dazu der Meyer vnd die Huber sein bedörffen von des Dinc-
hoffs wegen/ den schaden soll der Vogt aberhun/ vnd alle dieweil sich der
Vogt nit von schaden entzühet / so soll Er Ihme seines Rechrens nit
geben. Quemadmodum enim Patroni litis & Advocati operam
suam soluto ex pacto annuo salario Clientibus suis præstant, text. in
L. 1. §. in honorariis 10. ff. de Extraord. cognit. & in L. unic. C. de suffrag.
Ita Patroni fiduciarij, soluto ex pacto honorario (quod nostratibus
Vogt-Recht/ juxta rotulos, ibi, vnd gibt man dem Vogt zu Vogtrecht/
&c. appellatur) ad id tenentur. Salarium autem quod illis pro hac
tuitione debetur, non in una re, sed pro locorum consuetudine di-
versimodè præstatur, ideoque de hoc nihil certi statuere possumus.

XXXIV. Affinia sunt I. **JUS FEUDALE**, quod cum Cu-
rijs dominicalibus ratione Effectuum præcipuè convenit. Differunt
D autem

autem hæ, ut & Emphyteusis ab eo, tam in *materia*, tum in *forma*.
Ratione materiae seu Objecti feudum consistit non solum in rebus soli
aut solo coherentibus, quo respectu cum Curijs dominicalibus con-
venit, sed & in iis, quæ inter immobilia connumerantur. 2. F. 1. §. *fin.*
in quo ab his differt: *Ratione Formæ* 1. Feudum constituitur Inve-
stitura, & consistit in fidelitate. 2. F. 3. §. 1. *in fin.* quæ ab eo nunquam
separari potest: quod secus in Curijs dominicalibus. 2. Feudum
de natura sua debet esse gratuitum. 2. F. 13. §. *fin.* Curix autem Do-
minicales pro *Forma* certum annum censum agnoscunt. *Nobiliss.*
Ampliss. ac Consultissimus D. D. Tabor, Patronus, Præceptor, & Promotor
etatem omni honoris genere prosequendus, disputat. de Iur. Emph. 8. 74.
2. **JUS CENSITICUM**, (à bonis censualibus vulgò *Hussen/Baur-*
oder Zinsgütter ita dictum) de quo vid. *supr. laudat. disput. 8. 75. & seq.*
ubi tum modi constituendi, tum genuinæ vocis census significatio-
nes accuratè & eleganter sunt evolutæ & enodatæ. Quamvis hoc
Jus ratione formæ, quod scilicet ex eo quoque præstetur annuus cen-
sus, curijs dominicalibus assimilis sit; *differt* tamen ab iis, tum in *no-*
mine, tum in *Forma*, & *Effectu*. In *nomine*, quod illa appellatio, cum
agri & fundi censitici dicuntur, quos Domini rusticis sub annua
pensione promittunt, manifestè in Locationem incidat: tametsi
bonis ejusmodi hæc appellatio communiter tribuatur, ut dicantur
ein Gülde. oder Zinsguth/ cum tamen census propriè percipiatur ex
illis rebus, quarum possessio transferri solet. *Ernest. Cothmann. 2. Re-*
spons. 79. n. 51. itemque Coloni ipsi, censiti & Gultiferi: *Zins: oder*
Gülde-leuthe/ rectius alibi *Pachtmänner*. Nam & ad libitum Do-
mini revocari & auferri possunt agri isti anno evoluti: & rustici
nihil in his juris possunt prætere. *Wehner. in verb. Zinsguth/*
& Ampliss. D. D. Tabor, & c. supra laudatus d. disput. 8. 76. in fin. In *For-*
ma, quod si censuarius in solvendo censu cessaret, non saltem per
biennium & triennium, sed per mille annos nunquam re in censum
data privari aut expelli posset. *Gl. in c. constitutus 6. in verb. juxta ra-*
tam in fin. extr. de Religios. domib. Abbas ibid. n. 20. Iason. in L. 1. C. de Iur.
Emph. n. 41. Menoch. de Præsumpt. 106. n. 16. ubi plures refert Valasc. de
Iur. Emphyr. q. 32. n. 32. Coler. part. 1. decis. 24. n. 1. Rosenthal. de feud. cap.
10. conclus. 34. n. 21. Sed in id, quod interest saltem teneretur, etiam
de *Jur. Saxonico noviori, & usu recepto. Coler. d. decis. 24. n. 4. & 5.*
ubi ita anno 1568. hinc prænunciatum esse testatur, Consult. Saxon. tom. 1. p. 1.
q. 13. n.

913. n. ult. quod & novissime approbavit Elector. d. part. 2. Const. 39.
in fin. ibi, sondern den versessenen Zins zu erlegen/ vnd die Gerichts-fo-
sten/ & ibi Daniel Moller. n. 2. & seq. Berlich. part. 2. conclus. 47. n. 8. Li-
cet olim poenæ loco duplū cuiusque diei præterlapsi à tempore mo-
ræ fuisset præstandum, Lib. 1. Land. Recht art. 54. ibi, wer aber seinen
Zins zu rechter Zeit nicht gibt/ zweysach soll er ihn geben des andern ta-
ges/ vnd also alle tage/ dieweil er dieselbe vnder ihm hat. d. art. 54. unde
& census isti Rurscher-Zinse/ ideo, weil sie fortrütschen/ vnd je länger sie
stehen/ je mehr vnd grösser sie werden / dicti sunt. Gloss. Latin. ad Lib. 2.
Land. Recht art. 58. L. c. Iacob Schultes. in addit. ad d. decis. 24. Coler. n.
ult. in pr. Wehn. in observ. pract. voc. Rurscher-Zinse. Berlich. d. loc. n. 5.
D. D. Frantzke. d. tr. de Laudem. c. 10. n. 58. 59. & seq. aliter res se habet,
in curijs dominicalibus, uti ex supra dictis apparuit. In Effectu diffe-
runt Ius censiticum & curiæ dominicales, quod liberè absque domi-
norum consensu & præstatione Laudemij transferri possit. Valasc.
cum D. d. allegat. d. q. 32. n. 32. Curia autem dominicales non nisi re-
quisitis Dominis & solutis laudemij alienari queant. uti supra 0. 32.
diximus. 3. **JUS EMPHYTEUTICUM.** Germanicè ein Erb-recht
Erb-lehen/ Erb-beständnuß/ quod licet in multis præcipuè ratione Ef-
fectuum cum curijs dominicalibus conveniat, in alijs tamen quam-
plurimis ab istis discernitur, & 1. in nomine, nam Emphyteusis ab im-
plantatione seu insitione, & per metaphoram, melioratione, quia
per cultum, sationem, implantationemque agri meliores reddun-
tur. Wesemb. in c. ff. si ager Vectigal. n. 3. & C. l. A. d. t. 0. 5. Curia au-
tem dominicales à curijs & domo, Germanicè Dinct. hösse/ dicuntur,
ut supra scripsimus. 2. in causa Efficiente remota. Ius Emphyteuticum
à Jure Civili introductum. §. 3. Inst. de Locat. & conduct. & t. t. C. de
tur. Emphyteut. Curia autem dominicalis Ius nec Ictis, nec antiquis
Impp. cognitum, sed ex consuetudine & jure hubariorum dem Hub-
Recht fluxisse patet ex Rotulis. 3. In Subjecto recipienti. Qui enim
agrum Emphyteuticum colit, dicitur Emphyteuta, ein Erbzinsmann/
Erbans-mann / at prædia curialia dominicalia possidentes appel-
lantur hubarij die Huber/ vel Villici, die Meyer/ de quibus supra actum.
4. In Forma. datur Emphyteusis vel simpliciter, vel ad certum tem-
pus, vel in perpetuum. C. l. A. d. l. 0. 39. Curia dominicales in perpe-
tuum. 5. In Fine, datur Emphyteusis ideo, ut melius ac cultius redda-
tur, & pro eo certam annuam pensionem dominus consequatur. L. 2.

*16. Sectio. de Curia Emphyteu.
Esse videtur beneah & 3. C. de iur. Emphy.
Emphyteuta nunc dicitur
in Epistola laudem.
un. d. l. si aliter in
curijs dominialib.*

novus hubarius non tantum ad præstationē Laudemii, verum etiam post mortem heres ejus domino Curiali mortuarij des falls & hubarijs Juris hubarij des Hubner. Rechts tenetur. 7. In iurisdictione (causæ Emphyteuticæ coram Ordinarijs agitantur & deciduntur, ut palam est, nisi aliud convenerit (solent enim contrahentes certis Judicibus sese subjicere.) quod si Emphyteusis sit Ecclesiastica, & agatur actione reali ad rem repetendam, & conventus rem esse Ecclesiæ fateatur, Ecclesiasticus est competens Iudex, ut disponitur l. 2. t. 1. §. 17. & 20. in fin. c. si clericus laicum §. de for. competent. à contrario sensu, ubi Felin. fatetur esse communem col. fin. nam ubi constat rem esse Ecclesiæ, absque dubio ecclesiasticus est competens, secundum communem ex Innocent. c. cum sit. n. 2. de for. compet. Et idem si durante Emphyteusi, vel Locatione rei Ecclesiæ, ad pensionem agatur contra Laicum, nam & Ecclesiasticus tunc est competens juxta L. Regiam. d. s. 1. §. 19. cui consonat opin. Abbat. n. 12. & 13. in d. c. si Clericus de for. compet. & Barbof. ibid. n. 55. quod si agatur personali actione, ratione rei Ecclesiasticæ, Iudex Ecclesiasticus est competens, licet contrarium, imò quod eo casu debeat adiri secularis, docet Anton. d. c. si clericus n. 9. Card. opp. 1. Martan. 15. & satis Felin. n. 14. Si verò inter duos Laicos de Emphyteusi etiam Ecclesiastica lis sit super dominio utili, non dubium est, quod Laicus Iudex sit competens, quia dominium utile, licet rei ecclesiasticæ, est merè laicum inter Laicos, & subiectum Legibus Laicorum, quo ad ipsos & eorum præjudicium, ut per Jul. Clar. in verb. Emphyteus. quest. 48. Valasc. iur. Emphyteut. quest. 39. n. 14. Aliter in Curijs dominicalibus, in ijs enim controversijs parium Judicium absque ulla differentia, utrum controversia sit de re Ecclesiastica, vel laica, exerceri solet. uti supra th. 33. dictum. 4. **JUS LIBELLARIUM.** Quod ratione pensionis annue, (quæ in recognitionem dominij modica & plerunque paucorum assium seu libellarum esse solet 2. F. 1. §. 1. ibi, sub vilissima duorum denariorum pensione : undè & hoc Jus à libella ita appellatum esse autumat Connan. lib. 7. com. c. 12. n. 12. Quam Romani cum asse & nummo pro minima pretij pecunia posuerunt. vid. Budæ Lib 1. de asse & Covarruv. de veter. numism. collat. c. 3. n. 8. Ampliff. D. D. Tabor sæpè citat. disp. 8. 77.) cum curiis dominicalibus convenit. Quomodo autem differt à curiis dominicalibus, vid. D. D. Tabor. in recitat. public. ad t. 5. lib. 1. Feudor. ubi differentiam Libellarii juris ab Emphyteusi (quæ ad nostram materiam paucis exceptis

ceptis accommodari potest) accuratè tractavit. s. JUS SUPERFICIALIUM, quod tum in forma, tum in Effectu convenit cum curijs dominicalibus, in Forma: quod utrobique pensio solvatur, quæ hic solarium vocatur ein Boden: Zins/arg. l. 2. §. 17. Ne quid in loc. publ. in Effectu, quod si ex conductione Ius hoc competat, solarium non soluto conductor superficiem expelli possit juxta Donell l. 9. comment. c. 18. c. 12. c. fin. Differt autem à curijs dominicalibus 1. Ratione Objecti, quod in curijs dominicalibus est & solum, hic saltem superficies, quicquid est super faciem terræ. Magnific. D. D. Frantzk. d. tr. c. 13. n. 2. 2. Ratione Formæ. Jus superficiarium competit tum in perpetuum, tum ad tempus. Donell. d. lib. 9. com. cap. 6. C. 1. A. ad tit. de superficie. thes. 2. (notat tamen Hilliger. ad Donell. d. l. minus frequenter in perpetuum Ius hoc concedi, ne ferè inutile sit solum, discedente semper utilitate superficiem:) Curia dominicales autem in perpetuum. Porro in curijs dominicalibus semper census constitui debent, in Iure superficiario non semper: nam si Emptione constitutum sit hoc Ius, nulla pensio debetur. Br. ad L. fin. de Superficie. Donell. d. loc. c. 16. aded, ut pensio annua non forma essentialis sed naturalis saltem juris superficiarii esse videatur. Non obstat l. 74. de R. V. nam definitio saltem illius superficiarii est, qui conduxit, non qui emit, quod probat l. 75. eod. quæ generalitatè l. 74. restringit. Neq; L. ult. de superf. nam vel oratio ibi est conversa, vel definitio exempli frequentioris, per quam res declaratur Donell. d. l. D. D. Tabor. cit. loc. §. 79. 6. PRECARIA. (quæ à precaria postulatione & impetratione nomen habet. D. D. Frantzk. d. tr. de Laudem c. 12.) est Ius utendi fruendi ei, aut liberis ejus concessum, qui Ecclesiæ rem suam donavit, vel in ea res sola, vel in alijs rebus Ecclesiæ, vel tam in ea, quam in alijs rebus, ad tempus certum, vel in tempus vitæ donatoris, vel etiam filiorum ejus & in perpetuum per text. in c. 1. & ult. extr. de precar. can. precaria: 4. & seqq. caus. 10. q. 2. L. jubemus 14. §. 5. C. de S. S. Eccles. Nobiliss. Ampliss. & Consult. D. D. Biccus, & c. Patronus, Præceptor, Promotor aeterno observantia cultu prosequendus sect. 2. Rer. quotid. de jur. Rer. §. 47. Quomodo autem à precariis & precario differt videat. Idem D. D. Bicc. in comment. ad L. 5. §. 3. ff. de A. vel. A. P. quest. 7. per tot. Ius hoc & convenit & differt à curijs dominicalibus. Convenit in forma: quod in precaria ut in ijs plerunque interveniat pensio quædam annua. Cujac. in explicat. Lib. 1. F. t. 5. in fin. & lib. 4. Obs. 7. in med. ex L. L. Alemann. tit. 2. Bocer. in comment. ad l. contractus 23. c. 4. n. 32. differt à curijs do-

minicalibus 1. *Ratione originis.* Precariam Imp. Leonem & An-
 themium A. C. 470. Jordane & Severo COSS, (atque ita quatuorde-
 cim annis ante Clodovei M. primi Francorum Regis Christiani tē-
 pora: hunc enim A. C. 484. gubernacula suscepisse testatur Chri-
 stoph. Helvicus in theatr. hist. system, Chronolog. ad d. ann.) remunerandæ
 donationis causa permisisse Oeconomis Ecclesiarum apertè docet
 L. jubemus 14. §. sanè ne omnis 5. C. de SS. Eccles. quod non modò consti-
 tutionibus Justiniani, sed & conciliorum Decretis & Pontificum
 Decretalibus postea confirmatum, & in apertiore usum dedu-
 ctum est. vid. Novell. 7. c. 4. Nov. 120. c. 2. (quibus in locis Imp. Precar-
 cariam τῆς χερσῶς δόου appellare videtur) can. ea enim. 2. (in quo ca-
 nonisantur d. l. 14. & Auth. seqq. C. de SS. Eccles. d. can. precaria 44.
 cum. seqq. & c. d. precariis 6. 10. caus. q. 2. can. precaria 44. caus. 12.
 q. 2. cap. 1. 2. & 3. extr. d. precar. D. D. Bicc. d. loc. quod secus esse in cu-
 rijs dominicalibus supra ostendimus. 2. *Ratione Materia.* Precar-
 ia versatur circa bona Ecclesiastica per text. in d. c. 2. & ult. extr.
 de. precar. can. precaria 4. & seqq. caus. 10. q. 2. L. jubemus 14. §. 5. C. de
 SS. Eccles. Curia dominicales non solum in rebus Ecclesiasticis sed &
 Secularibus. 3. *Ratione Formæ,* datur precaria vel ad certum tem-
 pus vel in perpetuum, & de quinquennio in quinquennium reno-
 vatur: can. precar. 5. c. 10. q. 2. cap. 1. extr. de precar. Curia dominicales
 in perpetuum tantum, ac non renovantur, nisi novi hubarii bona
 curialia possideant. 4. *Ratione Finis.* Precaria Ecclesiasticorum
 avaritia inventa, honesto remunerationis titulo velata. Solebat
 enim hæc brevioris temporis spacio constringi, ut loco rei unius,
 quæ à principio erat Ecclesiæ, & precariæ nomine concessa fuerat,
 ad Ecclesiam rediret duplex, & abscederet res utraque heredibus ac-
 cipientis. Vultei. de feud. Lib. 1. c. 12. n. 7. D. D. Frantzk. d. l. n. 6. & seqq.
 5. *Ratione Effectus:* quod post lapsum quinquennij in renovatione
 precariæ cessans à jure suo cadat. Abbas in cap. 1. extr. de precar. n. 5. Va-
 lasc. de jur. Emphyteut. q. 34. n. 10. in fin. Cujac. l. 4. Observ. 7. in fin. D. D.
 Frantzk. d. loc. 13. & 14. Secus autem est in curijs dominicalibus, ut
 partim supra diximus, partim ex infra dicendis patebit. 7. **BONA
 ADSCRIPTITIA:** Quæ conveniunt cum curijs dominicalibus *ratione
 formæ* in eo, quod eorum possessores ut Hubarij annuam pensionem
 dominis solvant: *Differunt* autem tum in *Subiecto*, quod horum bo-
 norum possessores sint servilis conditionis, & servi prædiorum l. 7.
 L. 22. C. de Agricol. & censit. tum in *Effectu*, quod scilicet hisce bonis
 adscri

adscripti, sine iis neq; alienari, l. 2. d. l. 7. l. 21. C. d. t. neq; legari possint
L. 112. ff. de Leg. 1. namq; dicuntur ideò glebæ adscripti, quod inde nun-
quã discederët. Hubarii verò neq; servilis sint conditionis, neq; gle-
bæ adscripti, sed dominis consentiëtibus bona curialia alienare pos-
sunt. 8. *Rölnhoffe*/quod verbum vetus, Alemannis idem fuit quod
mansus. Mansus autem dicitur, quantum quis cum uno pare boum
laborare potest in anno, ut notat in c. 1. extr. de censib. & in usibus feud. si
de investitur. feud. controvers. fuer. c. 1. §. penult. Bart. ad L. si ita de Aur. Ar-
gent. Legat. Sanè Veteres Ecclesiis instituendis & donandis olim man-
sis ferè attribuerunt, in alimoniam videlicet Presbyteri, qui Ec-
clesiæ impositus esset. Sic & Abbates olim habuerunt curtes, i. e.
Rahlen. Höff sive *Kennthöff*. in villis, ad quas census redditusq; da-
bantur ad monasteria perferendi. Sic etiam hoc vocabulum *Goldast*.
in animadversion. ad *Paranes. German. Tyrolis Scotorum Regis* fol. 441. late
deducit, esse coloni hobam, hobarumque cultores colonos fuisse
dictos & addit: vim retinet vox nostratis *Keller* / quæ corrupta est
à vulgo, cum antiquitus fuerit *Rölnner* / colonarius, qui redditus à co-
lonis exigit, quemve Austriæ Archiduces in superioris Alemanniæ
partibus *Quob. meister* / hobarum Magistrum nuncupant. refer. *Be-
sold. Thesaur. Practic. L. R. n. 13. item part. 4. consil. 180. n. 132. & seqq. us
& Wehner. h. voc.* Licet hæc conveniant cum curiis dominicalibus in
eo, quod ut in iis ad eas villas census redditusque darentur. Differunt
autem ab iis 1. in nomine nam *Rölnhoff* uti dictum à colonarijs, nomen
accepit, Curie autem dominicales à pactionibus, quas domini & hu-
barii in iis constituendis invicem inierunt, vocantur *Dinct. höff*.
2. in *subjecto*, quod illi, qui hubas colonarias (*Rölnhoffs. gütter*) pos-
sident, dicantur Coloni, vel emphyteutæ; curiarum dominicalium
verò possessores, hubarij. 3. In *materia* hubæ colonariæ versantur cir-
ca bona Ecclesiastica: curiæ dominicales præter Ecclesiastica secula-
ria quoq;. 4. In *Forma*, hubarum colonariarum possessores solvunt quot-
annis canonem, quem propriè Emphyteutæ præstant. L. fin. C. d. jur.
Emphyt. Hubarii annum censum *Dinct. höff. äinß.* 5. In *Fine*. Isti
canones exiguntur in alimoniam Presbyterorum, qui Ecclesiæ im-
positi sunt: Curiarum dominicalium census ob alium finem, quem
supra retulimus. Et hæc de *Affinibus* dixisse sufficiant.

XXXV. Sequuntur ultimo loco *Contraria*, seu *finienda* cu-
riarum dominicalium *causæ* quæ contingunt, vel *culpa* Hubariorum.
vel *sine ea*.

XXXVI. *Culpæ*:

XXXVI. *Culpa consistit vel in omittendo, vel in committendo.*

XXXVII. *Omittendo* (1.) si Hubarii debitum censum intra annum & diem à Dominis seu Villicis interpellati non solverint, uti patet ex *Rotulis, ibi*. Wann es dan Jahr vnd Tag gesehet/so ist das Gut yher/vnd soll man dasselbige gut ziehen mit einer freyen Hand/vnd heysset dann ein Seelgut/vnd ist dann lediglichen des Herren. (2.) Si hubarii, qui titulo successionis bona curialia acquisiverunt, intra mensem à dominis investituram non petant, secundum *pacta curialia, ibi*, wanne auch des Gutes/das in den vorgenandten Dincthoff höret/ich verändert würd von todter Hand/so soll man es in dem dreysigsten tag empfangen von dem Meyer/da zween Huber by sind zu dem minnesten/there er daß nit/so soll der Vogt ziehen dasselb Gut in des Herren gewalt. 3. Si hubarii titulo Emptionis aut donationis bona curialia acquisiverint, intra tres dies & quatuordecim noctes à dominis Investituram non petant, juxta *Rotulos ibi*, wann desselben Gutes jecht verändert würd/von Käuffter/oder von gebender Hand: der es soll empfangen von dem Meyere/zu dem Bedinge/vnd wer das/er es nicht empfienge/sol so man in ine tag dreyer/vierzehen nächte/vnd thät me er do noch nit/so soll es der Vogt ziehen in des Herrn gewalt.

XXXVIII. *Committendo* finiuntur curiæ dominicales 1. Si fidem conventionis frugerint hubarii. Edictum enim Prætoris, pacta servabo ab ore Dei processit, & sanctè inviolabiliterque custodiri debet, *L. 1. ff. de Pact. § L. 20. C. de SS. Eccles. Arum ad A. B. discurs. 1. §. 6. p. 14.* Sic enim habent *pacta curialia, ibi*, wer das Gut empfanget/der soll dem Hoffe schwöredes Hoffes Recht zu behabendre/2c. 2. Si irrequisitis Dominis prædia Curialia pervenditionem alienaverint, verkaufter er syn Gut/vnd daß er auch nicht lat wissen/soll das Gut des Hoffes eygen syn. 3. Si bona curialia penitus deteriora reddiderint. Wann ein Huber ein Gut liesse also frant werden/das es den Zins nit getragen möge/im wolle hube das höret/das also böse ist worden/dass Gut soll man alles verbieten/unze daß das Gut auffgerichtet würd ganz vnd gar.


XXXIX. *Sine culpa* finiuntur curiæ dominicales 1. hubariorum prædia curialia possidentium morte, nullis liberis vel heredibus relictis. 2. Ipsorum prædiorum interitu, *arg. L. 1. vers. siquidem tanta emerferit clades. C. de Iur. Emphyt.* Sunt enim Curia dominicales jura in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est, *arg. pr. Inst. de usufr. § L. 2. ff. eod. tit.*


Hic denique sistimus pedem, & disputationis hujus de curiis dominicalibus imponimus finem, quam summo saltem digito, & quasi per indicem uti loquitur *Imp. Iustinian. in § fin. Institut. de Public. Iudic.* Summaq; ejus capita tetigisse, & fortasse animum quandoq; titubasse, verum à candido lectore veniam nobis concessum iri confidimus, si materiz hujus difficultatem in mentem revocaverit, accuratorem limam libenter aliis relinquimus. Deo ter optimo Maximo sint perpetuz Laudes, sempiterna gloria ac æternus honos. Amen.

F I N I S.

X 2615944

WMA





OPT. MAX.

ENTE,

NO ET AMPLISSI-
IN HAC ALMA

TRIA,

TE,

inauguralem

CALIBVS,

ffen/

QUE JURE HONO-
BUS recte riteque

oni submitte

ICUS Düre/
NSIS

Augusti Stris.

RATI,

LIPPI MÜLBI,

GRAPHI

VIII.



17 16

1648, 3.

X 03 X